

suo modo per simplicem ipsius virtutis intentionem, sicut virtus actio calidi auctur per intentionem caliditatis, ut possit efficere volentem actionem in eadem specie, alio modo per nova forma oppositionem; sicut diaphani virtutis auctur ad hoc ut possit illuminare, per hoc sic factum actus; per formam lucis receptam in ipsis de novo, & hoc quidem virtutis augmentum requiritur ad alterius species operationem consequendam etc. Unde sic potest argumentum formari. Quotiescumque aliqua potentia debet elicere actus diversae speciei, & ordinis altioris iis quos conaturaliter elicit, debet mutari per receptionem novae formae, quae fit etiam diversae speciei, & ordinis altioris ea quam habet ex sua natura: Sed actus caritatis & contritionis, qui elicuntur a peccatore nondum iustificato, & habitibus supernaturalibus gratiae & caritatis nondum orato, sunt alterius speciei, immo & altioris ordinis, quam sint illi quos voluntas creata secundum sua naturalia potest elicere; Ergo ipsa debet intrinsece mutari, per receptionem aliquis virtutis, motionis, aut qualitatis supernaturalis, prius saltem natura quam operetur, subindeque a Deo physice promoveri.

104 Præterea: Dato quod de potentia absoluta possit Deus se solo, absque impressione alicujus formae, & qualitatis, aut virtutis activae, reddere voluntatem intrinsece potentem ad efficiendos actus supernaturales: negari tamen non potest, suavis & conaturalis id fieri, mediante aliqua qualitate, seu virtute naturali, impressa voluntati prius saltem natura quam operetur: Unde D. Thomas 2. 2. q. 23. art. 2. docet contra Magistrum sententiarum, motum dilectionis Dei non produci immediate a Spiritu Sancto mentem justis inhabitante, sed mediante aliqua forma, seu qualitate creata voluntati impressa: Quia (inquit) nullus actus perfecte producitur ab aliqua potentia activa, nisi sit ei conaturalis per aliquam formam, quae sit principium actionis: Atqui Deo debemus semper id quod suavis est, & naturis rerum conformis adscribere; nam ut dicitur Sapient. 8. Attingit a sine usque ad finem fertur, & disponit omnia suaviter: Ergo dicendum est, Deum elevare voluntatem peccatoris ad actus supernaturales caritatis & contritionis elicendos; mediante aliqua forma aut qualitate transiente illi impressa, prius saltem natura quam operetur: non vero immediate per se ipsum, seu per speciem eius assistentiam, aut concursum simultaneum.

Præterquam quod (ut arguit D. Thomas loco citato contra gentes ratione 3.) si aliqua duo fuerint non unita; & postmodum uniantur, oportet quod hoc fiat per mutationem utriusque, vel alterius tantum: unde cum Deus simulante concurrente cum voluntate humana ad actus supernaturales, ipsi conjungatur & assistat per modum principii, simul cum ea influentis in eandem operationem, debet intervenire aliqua mutatio, quae cum non possit se tenere ex parte Dei, debet se tenere ex parte voluntatis; quae proprie debet aliquid reale & physicum de novo recipere, prius saltem natura quam operetur, quod est ipsam physice promoveri.

§. XI.

*Alia ratio Theologica ex efficacia seu efficientia gratiae desumpta.*

105 Hæc ratio præcipua est & fundamentalis, potestque sic breviter proponi. Deus per gratiam prevenientem vere & proprie efficit in nobis determinationem voluntatis ad bonum, v. g. ad credendum mysteris revelatis, vel ad diligendum Deum super omnia: Sed id præstare nequit, nisi voluntatem physice promoveat: Ergo datur talis promotio. Major est de fide: nam de fide certum est, justificationis exordium in adultis a preveniente Dei gratia fundum esse, sicut delinquit Tridentinum sess. 6. c. 7. Exordium autem justificationis in adultis incipit a determinatione liberi arbitrii, qua infidelis v. g. se determinat ad credendum mysteris sibi revelatis: unde capite sequenti subditur: *Dispuntur autem ad ipsam justificationem, dum excitari divina gratia & adjuti, sicut ex auditu concipiantur, libere moventur in Deum, credentes vera esse quæ divinitus revelata & promissa sunt.* Ergo ex Tridentino Deus per gratiam prevenientem vere & proprie causat in nobis determinationem liberi arbitrii ad credendum.

106 Confirmatur: Determinatio voluntatis ad credendum, vel ad diligendum Deum super omnia, est quoddam initium fidei & bonæ voluntatis: fides enim incipit a pia motione voluntatis, determinantis & applicantis intellectum ad assentiendum mysteris ei propositis, ut ostendimus in tractatu de fide, disp. 2. art. 1. Sed de fide certum est, nulla dari in nobis initia fidei aut bonæ voluntatis, quæ non sint a gratia preveniente; ita enim contra Semipelagianos in pluribus Conciliis definitum est, & passim docent Augustinus, Prosper, Fulgentius, & alii SS. Patres. Unde Leo Papa serm. 8. de Epiphania: Di-

cente discipulis Dominus, sine me nihil potestis facere; dubium non est hominem bono agentem, a Deo habere & effectum operis & initium voluntatis: Ergo Deus per gratiam prevenientem, vere & proprie efficit in nobis determinationem voluntatis ad bonum.

Minor autem, quam negat Adversarii, multipliciter suadet potest. Primo quia motio moralis non est vere & proprie efficiens, sed impropria tantum & metaphorica; magisque pertinet ad genus causae finalis, quam efficiens; movet enim solum objective, & exhibendo voluntati bonitatem, quæ convenientia sua eam allicit: unde oratores non vere & proprie efficiunt motum voluntatis audientium, quia solum suadendo movent ipsam moraliter; Diabolus etiam non est vere & proprie causa peccati hominis, quia solis consilii, suscitatio, aut propositio objecti delectabilis, ejus voluntatem movet ad peccandum, ut docet S. Thomas infra q. 80. art. 1. q. 3. de malo art. 3. Idem patet exemplo pueri, qui moraliter movetur & excitatur ad currendum, ostensione ponit vel imaginis; quis enim dicit hanc moralem excitationem esse vere & proprie causam efficiendam cursum illius? Ergo Deus per motionem nostram non vere & proprie efficit determinationem nostram voluntatis ad bonum, sed debet illam physice promoveri, ut vere & proprie talem determinationem efficiat.

Secundo probatur eadem Minor ratione S. Thomæ loco ultimo citato. Causa efficiens est illa ad quam infallibiliter sequitur effectus: Sed ad actionem consentientis, imperantis, aut suadentis, non sequitur infallibiliter effectus, nempe consensus liberi alterius; suasio enim non cogit invicem, ut dicit August. lib. 83. quant. id est, illam efficaciter ad agendum non determinat: Ergo motio moralis non est vera causa efficiens, subindeque requiritur physica.

Tertio. Quod non existit, non potest vere & proprie agere; causa enim efficiens operatur in quantum est actus: Sed multoties contingit quod gratia moraliter excitans non existat, quando producitur consensus voluntatis & ejus operatio. Ergo saltem tunc non potest esse vera causa efficiens talis consensus. Major patet, Minor etiam constat experientia. Nam sæpe quando peccator convertitur, & incipit diligere Deum super omnia, non sentit in anima motum illius indeliberato timoris mortis vel gehennæ v. g. in quibus Adversarii gratiam moraliter excitantem constitunt.

Confirmatur: Principium effectivum debet esse, vel saltem potest esse simul cum suo effectu; præsertim in actionibus instantaneis & immanentibus, quales sunt actus intellectus & voluntatis. Sed actus indeliberati intellectus & voluntatis, non possunt simul esse cum deliberatis, quando versantur circa eundem objectum (v. g. quando Deus per actum indeliberatum amoris movet hominem ad actum deliberatum perfectæ caritatis) nam deliberatio & indeliberatio opponuntur contrarie, vel contradictorie, subindeque se invicem excludunt: Ergo gratia moraliter excitans non potest esse principium effectivum actus perfectæ caritatis.

Denique: Motus gratiæ excitantis solet esse minus perfectus, quam actus supernaturalis ad quem movetur; Deus enim, ut supra dicebamus, solet viva quadam mortis representatione, aut timore gehennæ, excitare peccatores ad actum contritionis vel caritatis, qui est altioris ordinis, & diversæ speciei ab actu timoris: Sed causa efficiens principalis, debet esse ad minus æque perfecta, ac ejus effectus, cum tota perfectio effectus virtute continetur in causa: Ergo gratia moraliter excitans, non est, nec esse potest vera causa efficiens actus caritatis, & determinationis voluntatis ad credendum, vel diligendum Deum super omnia.

Dices: Licet Deus per gratiam prevenientem vere & proprie ac physice non efficiat in nobis liberi arbitrii determinationem ad bonum, eam tamen vere, proprie, ac physice causat per gratiam cooperationis & coefficientis, seu per concursum simultaneum ordinis supernaturalis, quo una cum voluntate in ejus consensum & determinationem insuit.

Sed contra primo: Tridentinum loco citato docet exordium nostræ justificationis (subindeque determinationem voluntatis ad credendum vel diligendum Deum super omnia, a quo justificationis peccatoris incipit) a Dei gratia movente & preveniente procedere: Sed gratia cooperante & coefficientis, neque prævenit liberum arbitrium, ut patet; alias esse gratia preveniens, & non solum cooperans & coefficientis, neque illud movet, ut §. 1. contra Suarez multipliciter ostendimus est: Ergo Deus per gratiam cooperationis & coefficientis non efficit in nobis liberi arbitrii determinationem ad bonum.

Deinde concursus simultaneus, juxta principia Adversariorum, est indifferens, seu indifferens modo voluntati oblati: Ergo tantum abest, quod voluntatis nostre determinationem vere & proprie causet; quin potius eam a voluntate supponat vel expectet, ut determinate in nostros actus liberos influat: seu ut ejus indifferentia, suspen-

suspensio, & indeterminatio tollatur & resolvatur: De quo supra diximus in tractatu de voluntate disp. 5. impugnano decreta indifferentia.

§. XII.

*Collatium notat dignum.*

114 EX distis intelliges Izambertum, & quosdam alios Doctores Sorbornos, qui gratiam ex se & ex natura sua efficacem admittunt, & negant eam physice prædeterminare liberum arbitrium, non loqui consequenter, sed pugnantia scribere & docere.

115 Probatur breviter: Gratiæ ex se & ex natura sua efficaciæ, debet vere & proprie efficere liberi arbitrii determinationem ad bonum, v. g. ad diligendum Deum super omnia, vel ad credendum mysteris revelatis: Atqui gratia moraliter tantum movens & preveniens voluntatem, non vere & proprie efficit liberi arbitrii determinationem ad bonum, sed improprie tantum, & metaphorice; cum motio moralis non sit vere & proprie efficiens, sed improprie dumtaxat ac metaphorice, & magis ad genus causæ finalis quam efficiens redactur, ut paragrapho precedenti fuisse ostendimus: Ergo gratia moraliter tantum movens & excitans voluntatem, non potest esse de se & ex natura sua efficax, sed Accidentaliter tantum, & ab eventu, ut Molina & alii Recentiores docent.

Confirmatur primo: Motio moralis se tenet ex parte objecti, & sit per ostensionem boni, quod convenientia sua voluntatem allicit & invitat, unde objectiva appellatur, ut supra notabilis primo declaravimus: Sed nulla motio se tenens ex parte objecti, in hoc statu vite, potest esse de se & ex natura sua efficaciæ & infallibilis: Ergo nec ulla motio pure moralis, Major patet ex supra dictis. Minor probatur ex D. Thoma 1. p. q. 105. art. 4. in corp. ubi sic dicitur: *Non enim sufficienter aliquid potest movere aliquid mobile, nisi virtus actum moventis excedat vel saltem adæquet virtutem passivum mobilis: Virtus autem passiva voluntatis se extendit ad bonum universale, sicut & intellectus objectum est ens universale: quolibet autem bonum creatum est quoddam particulare bonum, sicut autem Deus est bonum universale; unde ipse solus implet voluntatem, & sufficienter eam movet ut objectum.* Quibus verbis aperte declarat, nullum bonum creatum, quantumvis congrue propositum voluntati, eam ex vi propria posse efficaciter movere & determinare ad sui dilectionem, sed hoc convolvere soli bono infinito & universali, clare & intuitive cognito. Unde Deus, prout a nobis viatoribus obscure & æquivocè per fidem cognoscitur, non potest in ratione objecti voluntatem efficaciter movere: quia tunc non apprehenditur ut bonum universale, continens in se omnem rationem boni, sed intermedium representatur ut inferens malum penæ, vel prohibens bonum aliquod delectabile, ad quod inclinatur voluntas, quæ subinde potest ipsum odio prosequi, vel non diligere; atque adeo nulla motio se tenens ex parte objecti, in hoc statu vite, potest esse de se & ex natura sua efficaciæ & infallibilis, seu infallibiliter movere voluntatem.

116 Confirmatur secundo: Illud quod movet efficaciter voluntatem ad agendum, debet eam movere & determinare, non solum quantum ad specificationem, sed etiam quantum ad exercitium; cum repugnet voluntatem operari, nisi aliquem actum in particulari eliciat: Sed nullum objectum creatum, quantumvis congrue propositum voluntati, nec ipse etiam Deus, ut a nobis hic in via obscure per fidem cognoscitur, nec bonum ut sic, seu beatitudo in communi, possunt efficaciter & infallibiliter movere & determinare voluntatem, quantum ad exercitium actus, sed solum quantum ad specificationem, ut docent Theologi cum S. Thom. hic q. 9. art. 1. & patet ex distis disputatione precedenti: Ergo nulla motio pure moralis & objectiva, potest esse de se & ex natura sua efficaciæ.

117 Confirmatur tertio: Motio moralis se habet per modum suscitatiois: Sed nulla motio se habens per modum pure suscitatiois, potest esse per se & ex natura sua efficaciæ: Ergo nec ulla motio moralis. Major patet, Minor probatur ex D. Thoma 1. p. q. 111. art. 2. ubi ait: *Solutus Deus efficienter potest movere voluntatem, Angelus autem & homo, per modum suadentis: Ergo ex D. Thoma motio quæ se habet per modum suscitatiois, non est de se efficaciæ & infallibilis.* Unde idem S. Doctor 3. contra Gent. cap. 92. ait, quod actio Angeli operatur aliquid ad electionem hominis; per modum persuadentis: Ex quo inferri potest, quod cum suspensio quæ est ex intellectu persuasione, necessitatem ad eligendum non inducat, non semper homo eligit id quod Angelus suscitatiois intendit, semper tamen hoc homo eligit, quod Deus operatur in ejus voluntate: Quibus verbis aperte declarat, quod Deus efficienter & infallibiliter movet voluntatem, quia eam movet physice, & aliquid in ea operando: Angelus vero e contra eam efficaciter movere non potest, quia movet ipsam solum moraliter, & per modum suadentis; subindeque juxta princi-

pia D. Thomæ, nulla motio pure moralis & objectiva potest esse de se & ex natura sua efficaciæ. Quare D. Prosper in verbis supra paragrapho 8. relatis, divina gratiæ efficacitatem expendens, ait illam non movere solis consilii & suscitatiois, sed intus mentem hominis immutare ac reformare. Et D. Bernardus ibidem adductus, dicit quod illa voluntatem applicat operi, & opus explicat voluntati.

§. XIII.

*Exponitur testimonia D. Thomæ, quæ Petrus a S. Joseph nobis objicit in opusculo quod D. Thomæ defensionem appellat.*

118 Priusquam Doctoris Anglici testimonio proferam, quæ nonnullis, parum in ejus doctrina versatis, aliquam possent ingerere difficultatem, eruditi Lectorem monendum censeo, mirum nullo modo videri debere, si aliquid in S. Doctore doctrinæ toties & tam evidenter ab ipso explicate & comprobate, apparet contrarium reperitur. Dum enim S. Præceptor tot & tanta volumina conscripserit, & toties presentem questionem pertractaverit (adeo ad discernendum difficilem, inquit Augustinus, ut quando defensionem asseritur Dei gratiæ, liberum arbitrium putetur auferri) nihil, inquam, mirum esse debet, si alicubi quicumque dixisse videatur, quod in favorem, seu potius adulationem liberi arbitrii, contra divini auxilii efficaciam & causalitatem ab Adversariis detorqueri possit. Unde de D. Thoma dicere licet, quod de S. Augustino Facundus Hermianensis initio libri contra Morianum præclare monuit: *Quid (inquit) in hoc miremur? (nempe si quæ D. Augustinus apud quosdam in loco dixit, detorquentur ad sensus ab ejus mente maxime alienos) neque enim melius loqui potuit, quam Propheta, quam Apostoli, quam Evangelista, quorum verbis similiter male involvitur, & incongrue adhibitis, tam multi Hæretici suis defendere conantur errores.* Ergo præmissis, breviter hic referam & exponam D. Thomæ testimonio, quæ Petrus a S. Joseph in opusculo quod D. Thomæ defensionem appellat, nobis objicit, quæ ex Suarezio, Ruizio, aliisque Recentioribus diligenter collecti, & redecti in ordinem. Ea solum prætermittam, quæ nullam difficultatis speciem continent: ne in rebus inutilibus immoremur, & tedium ac molestiam studiosi Lectori ingeramus.

Objicit ergo prædictus Auctor disp. 1. sect. 3. quatuor ex S. Doctore, quæ physice prædeterminationem videntur adversa. In primis S. Thomas opusc. 6. q. 38. docet hanc propositionem: *Deus non agit in anima, nisi per novum influxum:* falsam esse. Et q. 22. de verit. art. 8. asserit Deum interdum movere voluntatem, nihil in eam imprimendo: At hæc (inquit Adversarius) non assereret, si existimaret causam secundam egere semper ad operandum prævia Dei motione in ea recepta: Ergo talem motionem non docuit.

Secundo. Idem S. Doctor 1. part. q. 103. art. 1. ad 3. illud discrimen constituit inter sagittam emissam, & creaturam operantem, quod sagitta recipit impulsus ipsius naturæ superadditum, & ad violentiam spectantem; id autem quod creatura a Deo recipiunt, est eam natura. Quibus verbis negare videtur, in creaturis quamcumque motionem, distinctam ab ea inclinatione naturali & intrinseca, qua in suis operationibus tendunt, & quæ ipsis in eorum productione indita est ab Authore naturæ.

Tertio. Quoties idem S. Doctor tradit divisionem actus, 131 illum adequate fecit in primum & secundum: Sed hæc divisio non esset adæquata, si daretur prædeterminationem physica: ipsa enim neque esset actus primus, neque secundus, utpote a virtute agendi, & ipsa operatione distincta: Ergo esset actus tertius.

Quarto. S. Thomas interdum asserit, concursum Dei universalem modificari & determinari per causas secundas: At hoc esset falsum, si eas ad agendum physice prædeterminaret: Ergo physice prædeterminationem principii doctrinæ D. Thomæ adversarij videtur.

Verumtamen hæc parum urgent, & facile dilui possunt. 123 Ad primum enim respondetur, D. Thomam solum intendere, quod Deus non semper animam aut voluntatem movet, in eam influendo seu imprimendo habitum gratiæ & caritatis dona, sed interdum eam movet solis auxiliis actualibus, ut clare seipsum explicat locis citatis; ait enim in prædicto opusculo post verba ab Adversario relata: *Manifestum est enim quod verba ab Adversario relata: "lum causando in ea aliquem habitum, puta gratiæ, & hoc vel ad illud, quod non proprie dicitur influere, sed magis movere ad actum."* Et quæstio citata de veritate, postquam dixit: *Sicut voluntas potest immutare actum suum in aliud, ita & multo amplius Deus,"* statim subdit: *Immutat autem voluntatem dupliciter: uno modo movendo tantum, quando sufficit voluntatem movere ad aliquid volendum, sine hoc quod aliquam formam imprimat voluntati, sicut sine appositione alicujus habitus quandoque facit ut homo velit quod prius non volebat, altero modo imprimendo aliquam for-*

nam in ipsam voluntatem: sicut enim ex ipsa natura, quam Deus volens dedit, inclinatur voluntas in aliquid volendum; ita ex aliquo superaddito, sicut est gratia, vel virtus, inclinatur ulterius ad volendum aliquid aliud; ad quod prius non erat determinata, naturali inclinatione. Ex qua doctrina tantum abest, quod aliquid contra nos possit inferri; quin potius per ipsam magis nostra stabilior ac roborent sententia: Tum quia S. Doctor ait, quod si voluntas potest immutare actum suum in aliud, ita & multo magis Deus; atque adeo sic ut voluntas physice se movet de uno actu in alium, absque lapsione liberatis; ita & a fortiori Deus potest, illa ipsa libertate, eam physice prae-movere, seu de uno actu mutare in alium, ut supra arguebamus: Tum etiam, quia D. Thomas ibidem ait, quod Deus movendo liberum arbitrium, facit quod homo velit quod ante non volebat: At per concursum simultaneum Deus non movet liberum arbitrium, nec facit quod homo velit, ut supra ostensum est: Ergo D. Thomas istam locis, qua Adversarius nobis opponit, non obscure docet prædeterminationem physicam, tantum abest quod illi adverteatur.

134 Ad secundum dicendum, sermonem ibi esse de institutione & constitutione naturæ in actu primo, ultra quam determinationem indige motione ad actum secundum applicante, ut docet S. Thomas hic (q. 109. art. 1. ubi ait: *Actio intellectus & voluntatisque entis creati dependit a Deo quantum ad actum, uno modo in quantum ab ipso habet perfectionem suam per quam agit, alio modo in quantum ab ipso movetur ad agendum.* Et qu. 3. de potentia art. 7. ad 7. *Virtus naturalis inquit quæ est virtus naturalis in sua institutione collata, inest eis ut quantum forma habeat esse naturam & formam in natura; sed id quod facit Deus in illis ut actualiter operentur, habet quoddam esse incompletum, eo modo quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis.* Falsum ergo est quod ait Petrus a S. Joseph, nullam in creaturis dari motionem distinctam ad esse inclinationis naturæ & intrinsecam, quæ in suas operationes tendunt, & quæ locis in eorum productione indita est. Unde D. Thomas locus supra citatis, præsertim quæstione citata de potentia, docet Deum movere causas secundas ad operandum, non solum quia dedit illis virtutes operativas, & conservat eas, sed etiam quia illas applicat ad agendum.

135 Quod testimonium adeo clarum & perspicuum est, ut Suarez Adversarius Coryphæus, & in eludendis D. Thomæ testimoniis sagacissimus, nullam omnino fugam invenire potuerit, sed coactus fuerit concedere in libro de concursu Dei c. 11. D. Thomæ eo loco vere docuisse præmotionem physicam. Addit tamen Doctorem Sanctum, peritorem factum, in utraque sua summa (Theologica scilicet & contra Gentiles) quæ inquit, sunt quasi ultimam ipsius testamentum, virtualiter se retractasse, quatenus I. p. qu. 105. art. 5. loquens de modo quo Deus concurret cum causis secundis, postquam probavit quod Deus potest dici causa actionum creaturarum, & in quantum eas conservat, addit tertio loco, & in quantum eas quasi applicat ad operandum, sicut artifices applicat securam ad sciendum: nam particula illa quasi, diminutiva est, & indicat Deum vere & proprie non præmovere & applicare causas secundas ad operandum, sed similitudinarie tantum & metaphorice.

136 Sane mira est huius Autoris sagacitas, & in expendendis ac enucleandis verbis D. Thomæ diligentia. Sed quæso cur etiam non fuit æque exactus & religiosus in expendendis Scripturæ testimoniis? Quare similiter non negat Christum esse vere Filium Dei unigenitum, eo quod S. Joannes testatur se vidisse gloriam ejus quasi unigeniti a patre? Cur etiam non negat esse verum ignem in purgatorio, eo quod D. Paulus 1. ad Corinth. 3. dicat de illo qui superedificat solum & stipulam, *favus erit, sic ramus quasi per ignem: qui locus tere unicus est in Scriptura Sacra, ex quo fideles inferunt esse verum ignem in purgatorio.* Miror etiam prædictum Auctorem non advertisse S. Thomæ eodem articulo citato I. p. in resp. ad 3. relicta illa particula quasi, dicere absolute, & formalibus verbis, quod Deus non solum dat formas rebus, sed etiam conservat eas in esse, & applicat eas ad agendum. Quod idem expresse lib. 3. contra gentes cap. 70. & passim in omnibus suis operibus, illa particula quasi, semper prætermittit.

137 Porro si quarat aliquis, cur D. Thomæ in corpore dicti articuli ex prima parte, illam particulam addiderit, ratio in promptu est, quia scilicet ibi comparat motionem Dei in creaturas, cum motione artificis, respectu cultelli; unde ut innumeret in hoc exemplo non reperiri omnimodam paritatem, sed aliquam dissimilitudinem (nam cultellus, & alia instrumenta artium, illa moventur & applicantur ab artifice, ut seipsa non moveant & applicentur, agentia vero creata, si vivencia sint & libera, ita moventur a Deo, ut tamen seipsa moveant & applicent, ut declarat idem S. Doctor I. p. q. 105. art. 4. ad 6. ubi ait: *moveri ex se, non repugnat ei quod moventur ab alio*

ut inquam, hoc discrimen, quod inter instrumenta artis & causas secundas reperitur indicaret, addidit particulam illam quasi. Unde idem S. Doctor q. 24. de verit. art. 1. ad 5. sic habet: *Instrumentum dupliciter dicitur; uno modo proprie, quando scilicet aliquid ita ab altero movetur, quod non consenserit ei a movente aliquid principium talis motus: sicut serpa moventur a carpentario; & tale instrumentum est expertus liberatis: alio modo dicitur instrumentum magis communiter, quicquid est movens ab alio motum, sive sit in alio principium sui motus, sive non; & sic ad instrumentum non oportet quod omnino excludatur ratio liberatis, quia aliquid ita potest esse ab alio motum, quod tamen scilicet movens, & ita est de mente humana.*

138 Quare defectum & absurdum allata responsionis vidit tandem ipsemet Suarez post aliquod tempus, aut saltem ille qui sub nomine Suarezii, Lugduni anno 1651. tomum de auxiliis, qui est secundus operis tripartiti, in lucem edidit. Nam lib. 3. illius tom. c. 38. non sibi respondendum esset ad illam auctoritatem citatam ex q. 3. de potentia; & ad alias similes quæ passim occurrunt in D. Thomæ non ausus est stare in prima sua solutione: quia illam non solum Capreolo, & omnibus antiquis D. Thomæ discipulis, contrariam esse cognovit, qui omnes & auctoritate illius artium, & eodem modo loquendi utuntur, verum etiam ab omnibus Doctoribus, tanquam ridiculam & fictitiam rejici, & manifestissimis rationibus expargari: sed retractasse illud quod dixerat lib. 1. de concursu Dei cap. 11. nempe D. Thomæ in Summa Theologica retractasse, conatur explicare ejus mentem, recurrendo ad communem aliorum solutionem, qui dicitur S. Doctorem nomine motionis & applicationis intellectuelle concurrunt simultaneum; quam tamen solutionem supra S. I. evidentiissimis D. Thomæ testimoniis confutavimus, eamque ipsemet Suarez loco citato de concursu Dei (illius salutaris haud dubie cognoscens) tradere ausus non fuerat, sed aliam jam impugnavit, immo & ab ipso tandem reprobavit, fabricaverat.

139 Ad tertium respondetur, concessa Maj. Neg. Min. licet enim prædeterminatio physica non sit actus primus, nec secundus, non tamen est actus tertius, sed aliquid medianter actum primum & secundum; & se habens per modum nexus & vinculi utramque conjungentis: sicut modus unionis, quem aliqui inter materiam & formam admittunt, non est aliqua tertia pars ab aliis distincta, sed aliqua nexus intermedius utramque conjungens.

140 Ad quartum dicendum, quod quando D. Thomæ asserit Dei motionem vel concursum modificari, vel determinari a causis secundis, illam intendit docere, quod Deus attemperat & accommodat suum concursum, sicut quæ motionem naturæ rerum, quas movet & applicat ad agendum; ita ut causas necessarias & naturales moveat ad unum per modum naturæ, non relinquendo in eis potentiam ad oppositum, quia illam naturæ eam non exposcit, libertas vero prædeterminat ad unum per modum liberi, relinquendo potentiam ad oppositum, & præsupposita in intellectu differentia objectiva iudicii, quæ est proxima radix libertatis; & hoc est Deum determinari a causis secundis materialiter & objective, quod non impedit quin minus per suam motionem & concursum in genere causæ efficientis eas ad agendum promoveat, & physice prædeterminet, conformiter ad naturæ conditionem & naturam. Unde divina motio non impedit quin causas libera contingenter & libere operentur, immo potius hoc in ipsis efficit, ut luculenter expendit S. Doctor I. p. qu. 83. art. 1. ad 3. dicens: *Deus est prima causa movens & naturales causas & voluntarias: sicut naturalibus causis, movendo eas, non auferit quin actus eorum sint naturales: ita movendo causas voluntarias, non auferit quin eorum actiones sint voluntariae, sed pariter hoc in eis facit, operatur enim in utroqueque, secundum ejus proprietatem.*

141 Ex quo patet, frivola esse quæ objicit Adversarius sect. 2. ejusdem opusculi, ubi sic dicitur: Si Deus prædeterminaret causas secundas ad agendum, nulli darentur effectus contingentes: quia (inquit) motio hæc prædeterminans ejus est conditionis, ut illa posita necessario sequatur effectus, tam in causis liberis, quam naturalibus, ita ut non possit non esse.

142 Adde juxta D. Thomæ creaturas irracionales moveri necessario ad suos actus, rationales vero voluntarie & libere, & tanquam habentes dominium in eos actus ad quos moventur; hoc autem discrimen frustra assignari, si tam creaturæ rationales quam irracionales ad omnes suos actus physice prædeterminentur: sicut enim in eis hypothesi ignis v. g. sine motione prædeterminante agere nequit, & cum illa non potest non agere; ita (inquit) homo non potest actum illum elicere, si caret prædeterminatione, eo vero posita, ut non potest non operari, ubi ergo habebit locum discrimen a S. Thomæ assignatum, & quomodo posita motione Dei, voluntas adhuc retinebit dominium in proprium actum?

143 Adde etiam D. Thomæ frequenter docere, futura contingentia non posse certo cognosci in suis causis, & ubi que recurrere ad eorum existentiam in æternitate, secundum quam ait ea esse præsentia ab æterno conspectu divino: si autem homo prædeterminatur physice ad suos actus, sum posita illa prædeterminatione, necesse fit in sensu composito eum operari, & impossibile fit absolute illius operationem impediri, vel ab ipso, vel a quacunque alia causa: quibus dubitet quin Deus in ejusmodi promotione efficacissima, & prolixius ineluctabili, certo, immo certissime, futuros actus nostros intueri possit; Ergo D. Thomæ physica prædeterminationem non agnoscit.

144 Sed hæc, ut dixi, nullius sunt roboris. Ad primum enim facile respondetur, quod licet motus prædeterminans ejus sit conditionis & naturæ, ut ea posita necessario seu irresistibiliter sequatur effectus, tam in causis liberis, quam in naturalibus, diversifecim tamen, nam ita causæ necessarias ad unum per modum naturæ movet & applicat, ut nullam in eis relinquit potentiam ad oppositum, quia hoc ita exigit illarum natura; unde ea posita effectus sequitur necessario, necesse est absoluta, que omnem libertatem & contingentiam tollit: causas vero liberæ ita ad agendum impellit, ut tamen in eis relinquit potentiam ad oppositum, quia natura & conditio causæ libera hoc exposcit, quare ea posita effectus sequitur necessario necesse tamen irresistibilis, quæ libertati & contingentie non præjudicat. Unde D. Thomæ q. 1. 22. de verit. art. 5. ad 3. sic ait: *Quantum non esse effectus divina voluntatis non potest simul stare cum divina voluntate, tamen potentia deficienti effectum divina voluntatis, simul stat cum divina voluntate.* Et in 1. ad Annibaldum dist. 47. qu. un. art. 4. ad 2. *Quantum contrarium ejus quod est voluntas a Deo, non potest stare cum voluntate divina: possibilitas tamen ad contrarium potest stare cum ea propter contingentiam causæ mediæ; & hoc sufficit ad hoc ut effectus sit contingens, & non necessarius.*

145 Ex hoc patet solutio ad secundum, & discrimen inter creaturas rationales & irracionales: nam creaturæ rationales & libera, sub motione prædeterminante retinent potentiam ad oppositum; subindeque dominium actuale in proprium actum, quem ita eliciunt, ut possint non elicere vel ab ipso cessare, potentia antecedenti, & in sensu diviso, non vero creaturæ irracionales & necessariæ: quando enim ignis v. g. movetur ad calefaciendum, vel sol ad illuminandum, ita ad hunc actum applicatur, ut sub motione divina non retineat potentiam, etiam antecedentem, seu in sensu diviso, ad negationem ejus, vel ad actum oppositum. Dixi, sub motione divina, quia posse non agere in sensu diviso, non est posse non operari, divisa, remota, & veluti excussa motione prædeterminante (ut perperam supponit Adversarius toto illo opusculo) sed sub ipsa motione retinere potentiam ad non agendum, vel ad agendum oppositum, ut alibi fuisse exposuimus.

146 Ad tertium respondeo, quod quando S. Thomæ docet futura contingentia non posse certo cognosci in suis causis, loquitur de causis secundis prædeterminantibus, & pro ut abstrahat a divino decreto prædeterminante; sic enim non possunt esse medium dicens ad certam & irresistibilem futurorum contingentium notitiam, ut contra Molinam ostendimus in tractatu de scientia Dei dist. 4. art. 3. num. 4. non vero de causis secundis, prout subsunt divine motioni & prædeterminationi, seu quatenus efficaci divine voluntatis decreto subdistantur; sic enim habent rationem mediæ, in quo Deus futura contingentia certo & irresistibiliter cognoscit, ut docet D. Thomæ 1. contra gentes c. 67. ratione 3.

147 Nec obstat quod idem S. Doctor variis in locis recurrat ad præsentiam futurorum contingentium in æternitate: Tum quia talis præsentia prioritate nature supponit decretum prædeterminans voluntatis divine, quo hujusmodi futura transferuntur a statu mera possibilitatis ad statum determinatæ & irresistibilis futuritionis, ac in eo tanquam in ratione a priori & causa virtuali fundatur: Tum etiam, quia per hoc intendit declarare, scientiam Dei, respectu futurorum contingentium, non esse abstractivam & simpliciter intelligentiam (qualis est cognitio prophetarum) sed intuitivam & visionis, qualis est cognitio rei præsentis. Vel etiam vult significare, quod scientia Dei respectu futurorum contingentium, est certa & irresistibilis omnibus modis, & non habet solum certitudinem & irresistibilitatem ex parte mediæ in quo fundatur (decreti scilicet prædeterminantis) sed etiam ex parte objecti quod contemplatur, quod quando cognoscitur ut præsentis in æternitate, ratione talis præsentialitatis, habet quendam specialem modum certitudinis, quem non habet ex efficacia & irresistibilitate divini decreti, ut in tractatu de scientia Dei fuisse exposuimus dist. 4. 2. 3. 5.

§. XIV.

Alia D. Thomæ testimonia exponuntur.

148 Sic ait adversarius sect. 3. difficile D. Thomæ testimonium, desumptum ex hac parte qu. 9. art. 6. ad 3. ubi exponens qua ratione Deus moveat voluntatem ho-

minis ad agendum, & tamen non sit causa peccati, sic ait: *Deus movet voluntatem hominis, sicut universalis motor, ad universale objectum voluntatis quod est bonum, & sic hæc universalis motione homo non potest aliquid velie; sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud, quod est vere bonum vel apparet bonum; sed tamen interdu specialiter Deus movet aliquos ad aliquid determinate volendum, quod est bonum, sicut in his quos movet per gratiam, ut infra dicitur. In quibus verbis (subdit Petrus a S. Joseph.) tria ponderanda sunt. Primum est, quod Deus movet voluntatem hominis sicut universalis motor, ad bonum universale: quia scilicet ei tribuit naturalem inclinationem ad tale bonum. Secundum, hominem ex proprio rationis judicio seipsum determinare ad volendum hoc vel illud bonum, sive verum, sive apparet; id est tam ad actum bonum, quam ad malum, ita ut ad neutrum aliunde determinetur. Tertium, quod est voluntas se determinet ad volendum hoc vel illud, interdum tamen propter specialem rei exigentiam, Deus movet aliquos per gratiam ad aliquid determinate volendum, ut quando Deus hominem excitat ad actum contritionis vel amoris Dei. Hæc autem aperte impugnat prædeterminationem physicam, juxta quam voluntas a Deo inclinatur & determinatur, non tantum ad bonum in genere, sed etiam ad bona particularia tam quoad specificationem, quam quoad exercitium: neque solum requiritur promotio aliqua specialiter ad actus bonos ordinis supernaturalis; sed ea etiam generatim necessaria dicitur ex munere primæ causæ, & ob indifferentiam voluntatis ad omnes actus naturales, sive boni sint, sive mali.*

149 Hinc celebri D. Thomæ testimonio adjungit Adversarius duo alia desumpta ex lib. 2. sententiarum. Primum habetur dist. 25. qu. 1. art. 1. ad 3. Doctor sic ait: *Determinatione actionis & suis in potestate liberi arbitrii constituitur, unde remanet sibi dominium sui actus.* Ex quo patet, Deum ita operari cum libero arbitrio, ut ei relinquit facultatem seipsum determinandi, & dominium sui actus: neutrum autem relinquere, si illud ad agendum prædeterminaret; quomodo enim potest seipsum determinare; si ab alio ad talem speciem & numero actionem prædeterminetur? quomodo etiam potest ipsi relinqui dominium sui actus, si posita sui determinatione necesse fit ut homo agat ad quod impellitur, neque possit talem actum suspendere?

150 Aliud testimonium desumit ex dist. 28. ejusdem libri qu. 1. art. 1. ubi S. Thomas ita scribit: *Non est homo liberi arbitrii, nisi ad eum determinatio sui operis perveneret, ut ex proprio judicio eligeret hoc aut illud.* Sed qui aliquid eligit ex prædeterminatione physica, non eligit illud ex proprio judicio, nisi dicas physicam prædeterminationem esse proprium iudicium operantis: Ergo talis prædeterminatio non est ad mentem S. Doctoris.

151 Confirmatur: Eligere aliquid ex proprio judicio, est eligere illud cum potestate non eligendi: Sed ille qui ex prædeterminatione eligit aliquid, non habet potestatem illud non eligendi; non enim datur potestas ad impossibile, sed tantum ad id quod fieri potest: Ergo non eligit ex proprio judicio.

152 Ad primum respondeo D. Thomam ibi solum constituere discrimen inter motum Dei in ordine ad bonum ut sic, & in ordine ad bona particularia; consistens in eo quod ad primum adequate applicat & determinat voluntatem, ipsa solum elicitive concurrente; in ordine autem ad bona particularia, voluntas creata non solum elicitive, sed etiam applicative concurrat, applicando & determinando seipsum; non quidem ut primum applicans & determinans, sed ut secundum, & consequenter sub motione, applicatione, & prædeterminatione Dei ut primi moventis, applicantis, & prædeterminantis; ex quo non sequitur quod a Deo non prædeterminetur ad volitionem bonorum particularium, sed potius oppositum, ut infra patebit.

153 Quod autem hæc interpretatio sit legitima, patet, quia D. Thomæ loco citato seipsum remittit ad tractatum de gratia, ad quæstionem scilicet 111. ut notatur in margine, ubi autem art. 2. explicans quid sit gratia operans, & cooperans, sic ait: *In illo effectu in quo mens nostra est mota & non movens, solus autem Deus movens, operatio Deo tribuitur, & secundum hoc dicitur gratia operans: in illo autem effectu in quo mens nostra est movens & movetur, operatio non solum tribuitur Deo, sed etiam animæ, & secundum hoc dicitur gratia cooperans.* Quibus verbis aperte docet, Deum in prima volitionis finis ita movere & applicare voluntatem, ut ipsa ad talem actum elicitive tantum, non vero applicative concurrat; unde in tali actu non potest peccare, alioquin peccatum Deo tribueretur, ut disputatione præcedenti ostendimus: in volitione autem bonorum particularium voluntas non applicatur adequate a Deo, sed ita ab eo movetur, applicatur, & determinatur, ut in suo ordine, & tanquam secundum liberum, seipsum moveat, applicet, & determinet; & ideo in tali actu potest peccare, & a regulis morum deficere.

Unde

Unde D. Thomas per hanc responsum & doctrinam recte solvit illud argumentum, quod sibi obiecerat, nempe: *Deus non est causa nisi bonorum: si autem a solo Deo voluntas moveretur, nunquam moveretur ad malum:* nam licet voluntas a solo Deo ut prima causa & generali motore non solum ad volitionem boni in communi, sed etiam ad volitionem bonorum particularium moveatur & applicetur: qui tamen in suo ordine, & ut secundum liberum, seipsam movet, applicat, & determinat ad volendum hoc vel aliud particulare bonum, verum, vel apparet, potest peccare, & a rectitudine divina motionis se subtrahere: sicut quia scriba ita movet & applicat manus pueri ad scribendum, ut tamen iste seipsam moveat & applicet, in eius scriptio potest reperiri deformitas, ac defectus, qui non in ipsum magistrum applicantem, sed in ipsum puerum scribentem reduci debet.

**139** Sed in illa Adversarij: D. Thomas loco citato ait: *Interdum Deus specialiter movet aliquos ad aliquid determinate volendum quod est bonum, sicut in his quos movet per gratiam: At hoc est falsum, si Deus non tantum ad bonum in communi, sed etiam ad omnia bona particularia voluntatem determinaret: Ergo juxta D. Thomam, Deus non prae-determinat voluntatem ad volitionem omnium bonorum particularium.*

**140** Respondeo D. Thomam illis verbis solum significare voluisse, praeter motionem generalem, qua Deus movet & applicat voluntatem, & omnes alias causas secundas, five naturales, five liberas, & quae ad universalem Dei providentiam, causalitatemque pertinet, dari aliam specialem in ordine gratiae, qua solum ad actus supernaturales se extendit, & ad Deum ut specialem motorem & providorem attinet, ut docet qu. 105. art. 1. qui citatur in margine.

**141** Ad secundum fufe respondimus in tractatu de voluntate Dei Disp. 8. art. 4. §. a. Nunc breviter dico, quod licet Deus ut primum movens, & primum liberum, prae-moveat & praedeterminet voluntatem ad operandum, hoc tamen non impedit quominus voluntas in suo ordine, & ut secundum movens ac secundum liberum, seipsam moveat & determinet: *Moveri enim ex se, non repugnat ei quod movetur ab alio,* inquit S. Thomas 1. p. qu. 105. art. 4. ad 2. Unde videntur quod generatio plantae procedit a Sole, ut primo generante & alterante, a terra vero ut a secundo generante, dependente ab influxu corporum calidiorum; ita pariter liberi arbitrii determinatio a Deo ut primo movente & applicante, & voluntate creatura, ut secundo libere & movente, productur. Similiter etiam supremum dominium, quod Deus in ratione primae causae habet in nostris actus liberos, non impedit quod voluntas in eos habeat dominium inferius, & Deo subordinatum: quemadmodum, ut supra dicebamus, supremum Regis dominium non tollit dominium utile & inferius, quod vassalus habet in feudum. Et ideo recte dicit D. Thomas, quod *determinatio alicujus in potestate liberi arbitrii constituitur, & quod illi manet dominium sui actus;* subdit tamen: *licet non ita sicut primo agenti.* Quibus verbis (qua ex industria omisit Petrus a S. Joseph aperte declarat, determinationem nostrae voluntatis, non ita esse in ipsius voluntatis potestate, quod non etiam descendat a suprema Dei potestate, illam causante: quia dominium quod habet voluntas in suos actus, non est supremum, sicut illud quod competit primo agenti. Unde idem S. Doctor qu. 3. de potentia art. 7. ad 13. ait: *Voluntas dicitur habere dominium sui actus, non exclusionem causae primae, sed quia causae primae non ita agit in voluntatem, ut eam de necessitate ad unum determinet, sicut determinat natura, & ideo determinatio actus relinquatur in potestate rationis & voluntatis.*

Quo etiam loco aperte docet, dominium quod voluntas habet in suos actus liberos, non omnem excludere praedeterminationem, sed eam tantam quae est per modum naturae, & quae tollit indifferentiam iudicii, & potentiam ad oppositum: alioquin non debuisset addere illa verba, *ut eam de necessitate ad unum determinet,* sed simpliciter asserere, quod Deus voluntatem non determinat ad unum, fuisset enim planior & clarior sententia, ut patet: sed de hoc infra redibit sermo.

Ad id quod S. Doctor 1. p. qu. 19. art. 3. ad 5. hoc statuit distinctionem inter primum & secundum liberum, & inter voluntatem divinam & creatam, quod *voluntas creatura, cum ex se sit contingens, oportet quod determinetur ab alio exteriori ad effectum: Sed voluntas divina determinat seipsam ad volitum, ad quod habet habitudinem non necessariam.* Ex quo patet falsum esse, & menti S. Doctoris plane repugnans, quod saepe in praedicto opusculo repetit & inculcat Adversarij, nempe libertatem divinam & creatam in eo convenire, quod sicut Deus, praecise ut liber est, ab alio quam a se non determinatur ad agendum, ita creatura, qua libera est, ita se determinat ad agendum, ut ad hoc, salva ipsius libertate, ab alio determinari non possit.

**142** In illa Adversarij, & ait de ratione domini esse, ut homo possit eligere hoc vel illud: Qui autem est praedeterminatus, non est indifferens ut eligat hoc vel illud. Ergo non habet dominium suorum actuum. Simili discursu utitur Suarez lib. 3. de auxili. cap. 42. num. 8. ubi ait ex nostra sententia sequi, nunquam voluntatem operari ut indifferenter ad plura: Nam idem est indifferens esse, quod esse indeterminate: Sed voluntas nunquam operatur ut indeterminate, quia semper indiget praedeterminatione, ut nos dicimus: Ergo nunquam operatur ut indifferens.

Sed isti Auctores hallucinantur, eo quod non distinguunt duplicem voluntatis indifferentiam: Alia dicitur potentialis seu suspensiva, quia dicitur carentiam seu suspensionem omnis actus: Altera vocatur actualis & positiva, quia voluntas ita actu eligit & se determinat, ut retineat potentiam ad oppositum. Licet ergo qui est praedeterminatus ad operandum, non sit indifferens indifferentia potenciali & suspensiva; quia praedeterminatio, quae est quaedam divina actualitatis participatio, tollit suspensionem voluntatis, & auferat ea (ut ita dicam) rubiginem potentialitatis; subindeque ipsam actuat & perficit, aliquid defectum & imperfectum ab ea tollendo, & ipsam reducendo de actu primo ad secundum: semper tamen sub tali motione praedeterminante, servat indifferentiam actuale & positivam; quia ita elicit actum ad quem praedeterminatur, ut retineat (etiam prout fit sub illa motione) potentiam ad oppositum, ut antea exposuimus: unde licet tunc voluntas non habeat dominium potentiale in actu quem elicit, habet tamen in ipsum dominium actuale, quod est multo perfectius: adeoque prout fit sub divina promotione, est perfectior modo libera, & domina sui actus, quam esset antea.

Ex quo patet responso ad duo argumenta proposita. **144** Ad primum enim distinguo Majorem: De ratione domini est ut homo possit eligere hoc vel illud, de ratione domini potentialis, concedo Majorem; de ratione domini actualis, nego Majorem; sufficit enim ad tale dominium, ut ita homo eligat unum, ut possit eligere alterum. Ad secundum similiter distinguo Majorem: Idem est indifferens esse, ac esse determinatum, indifferentia potenciali & suspensiva, concedo Majorem; indifferentia actuali & positiva, nego Majorem: haec enim ultima indifferentia importat actuale exercitium, sui determinationem voluntatis ad unum actum, cum potentia ad negotiationem vel suspensionem ejus, vel ad eliciendum actum oppositum.

Ad tertium testimonium desumptum ex distinctione 28. lib. 1. primi sententiarum, nego eum, qui eligit ex praedeterminatione, non eligere ex proprio iudicio: licet enim praedeterminatio non sit proprium iudicium operantis, ipsum tamen causat & efficit, quia eodem instanti quo movet & determinat voluntatem ad eligendum aliquid opus, applicat intellectum ad iudicium practicum, quo iudicat tale opus esse hic & nunc libere eligendum: unde voluntas, quae est appetitus rationalis, ita ipsum eligit, ut tamen servet potentiam sicut non eligendi; non in sensu composito, sed diviso, sicut antea exposuimus. Per quod patet responso ad confirmationem.

Praeter haec testimonium, adducit Adversarij eodem section. 3. n. 3. alia quibus S. Doctor docet voluntatem ita se determinare ad actum, ut ab alio agente extrinseco non determinetur, ait enim in 2. dist. 39. q. 1. art. 2. *Ista potentia voluntatis; quantum in se est, indifferens est ad plura: sed quod determinate excitat in hunc actum, vel in illum, non est ab alio determinate, (vel ut quidam codices manuscripti habent, non est ab alio determinate) sed ab ipsa voluntate.* Et qu. 3. de malo art. 3. ad 5. *Voluntas cum sit ad utrumlibet, per aliquid determinatur ad unum, sicut per consilium rationis, nec oportet hoc esse per aliquod agent extrinsecum.*

His testimonio duplex potest adhiberi responso. Prima est, quod D. Thomas in his locis loquitur de determinatione voluntatis ad malum morale, quae non est ab alio, sed a sola voluntate, ut prima causa deficiente, & desormiter ad regulas morum operante. Quod autem hic interpretatio sit legitima, patet tum ex titulo illius articuli primo citati, in quo S. Doctor querit, *utrum in voluntate possit esse peccatum*; tum etiam in argumento quod sibi obicit quaeli citata de malo, quod est huiusmodi: *Omne quod se habet ad utrumlibet, indiget aliquo determinante, ad hoc ut excitat in actum. Sed liberum arbitrium hominis ad utrumlibet se habet: Ergo ad hoc ut excitat in actum peccati, indiget quod aliquid determinatur ad malum.* Unde quando S. Thomas ibidem respondit, voluntatem a seipsa, & non ab aliquo agente extrinseco determinari, manifestum est, ipsam loqui de determinatione voluntatis ad peccatum & malum morale.

Secunda solutio traditur ab erudito Patre Nicolai, in nota marginali ad hunc locum, ubi ait S. Doctorem huiusmodi negare, quod ut voluntas determinetur in hunc vel illum actum excat, non est ab alio determinante creato naturali, vel ad idem genus, vel eundem ordinem pertinet.

dat, ac liberam nostrae voluntatis determinationem, per modum causae seu principii actualis, prioritate naturae antecedit; licet iudicij rationis & voluntatis non subiacet, eas tamen libertatem non tollit, aut laedit, sed fovet, conservat, & perficit: immo reputat, ea subalta, dari usum & exercitium actuale libertatis, ut ibidem demonstravimus. Unde

Ad secundam confirmationem dicitur, D. Thomam solum velle, illud esse necessarium, quod est immutabiliter determinatum ad unum per modum naturae; id est: in indifferentia objectiva iudicii, & possibilitate ad oppositum; quo pacto voluntas hic in via determinatur ad bonum in communi, & in patria ad bonitatem divinam clare visam; non vero si illud determinetur immutabiliter ad unum per modum liberi, seu cum indifferentia objectiva iudicii, & possibilitate ad oppositum, sicut voluntas ad suos actus liberos per divinam motionem immutabiliter determinatur. Quare idem S. Doctor qu. 6. de malo art. unico ad 3. sic ait: *Animalia bruta moventur per instinctum superioris agentis ad aliquid determinatum, secundum modum formae particularis, cujus conceptionem sequitur appetitus sensuivus: sed Deus movet quidem immutabiliter voluntatem, propter efficientiam virtutis movens, quae desicere non potest; sed propter naturam voluntatis mere, quae indifferens se habet ad diversa, non induitur necessitas, sed manet libera.* Unde quando ibidem in corpore articuli docet non esse liberum quod voluntas vitare non potest, hoc intelligendum est de eo, quod voluntas vitare non potest, nec in sensu composito, nec in sensu diviso; non autem negat esse liberum, quod est voluntas non possit vitare in sensu composito, & potentia consequenti: potest tamen vitare in sensu diviso, & potentia antecedenti. Nam ut ipse ait in 1. ad Anibaldu supra citato: *Quaeritur contrarium ejus quod est volitum a Deo, non potest fieri cum voluntate divina, possibilis tamen ad contrarium potest fieri cum ea, propter contingentiam causae mediae: & hoc sufficit ad hoc ut effectus sit contingens. & non necessarius.* Quam doctrinam & subtilem distinctionem non valet comprehendere Adversarij, illam irridet & fugillat pag. 263. ironice exclamans: *Verum quis autem hanc distinctionem capiat? Nam quid proter aliud est volitum, quam omnibus praeparatis posse non operari, quam cum posse ponere operationem operari? Quis inter ista vel minimum distinctionem adversat? Sed, ut perbelle ait Sylvius in opusculo de primo motore, qui hanc distinctionem deridet, deberent potius ignorantium suam desicere: nam ut testatur D. Thom. qu. 6. de ver. art. 4. ad 8. haec distinctio ita celeberris est & antiqua; ut ea utantur omnes antiqui Theologi ad conciliandum libertatem cum divina providentia & praedestinatione: dicitur communiter (inquit) quod haec: Deus potest non praedestinatum praedestinare, in sensu composito est falsum in diviso vera: & ideo omnes locutiones illas, quae sensum contrarium implicent suae falsa simpliciter. Idem Venerabilis Beda in axiomatibus philosphicis ex Aristotele collectis, litera O, sic habet: *Omnia futura de necessitate eventus 1. Perioerim. Verum est in sensu composito, non autem in sensu diviso: vel verum est ex hypothesis, non autem simpliciter.* Sicut ergo ad libertatem non requiritur, quod dum aliquis actu operatur, possit non operari in sensu composito, seu componere & conjugere carentiam operationis cum ipsa operatione (hoc enim manifestam implicat contradictionem) sed sufficit quod toto tempore quo operatur, retineat absolutam non agendi potentiam. Ita similiter nos dicimus, ad libertatem non requiritur, quod voluntas cum praeparatis ad agendum, prioritate tantum causalitatis & naturae (qualia sunt concursus praevius, & gratis praedeterminans) possit negationem actionis componere, quia cum ea quae secundum ordinem naturae tantum praeparantur ad agendum, sint simul cum actu (prioritas enim naturae est solum prioritas causalitatis & instantis in quo) si possit negationem actionis cum illis componere, possit non actum cum actu, & formam cum ejus carentia conjugere. Sufficit ergo ad libertatem, quod cum illis praeparatis stet simul potentia ad non operandum, seu quod voluntas, ut fiat sub motione praedeterminante, retineat absolutam dissentienti vel non operandi potentiam; quamvis cum ea actualis carentia operationis simul esse non possit; ut fufe ostendimus in tractatu de voluntate Dei Disp. 9. art. 6.*

Ad tertiam confirmationem, respondeo D. Thom. loco citato solum velle, quod cum Deus moveat voluntatem secundum ejus conditionem & naturam, ita illam movet, ut tamen ex necessitate non moveatur, sed maneat indifferens, non indifferentia potenciali & suspensiva (reputat enim voluntatem efficienter moveri ad agendum, & tamen remanere in mera potentia, indeterminatione, ac suspensione) sed indifferentia actuali & positiva: quia ita illam movet, ut sub divina motione semper retineat dissentienti vel non operandi potentiam, seu tendendi in alia objecta & bona particularia; & ideo dicit, quod *Deus illam movet ut indeterminate se habentem ad multa:* non dicit, ad omnia,

§. XV.

Alia argumenta solvuntur.

**149** Obijcit insuper Adversarij disp. 1. sect. 4. Ex D. Thomae 1. p. qu. 82. art. ad 2. *Movens ex necessitate causat motum, quando mobilis omnino illi subditur: At nihil frequentius asserunt Thomistae, quam motionem physice praedeterminante, perfectissime sibi subijcere voluntatem, scilicet ut ne quoad usum quidem voluntas sibi motionem illam subiciat: Ergo motus praedeterminans de necessitate causat motum seu actum voluntatis.*

**150** Confirmatur primo: Idem S. Doctor ibid. q. 83. art. 1. ad 3. docet quod dispositiones quae sunt in voluntate, non tollunt libertatem, quia subiacent iudicio rationis: Sed motus praedeterminans non subiacet iudicio rationis, nec est in potestate voluntatis eam habere, vel habitam repellere. Ergo tollit libertatem.

**151** Confirmatur secundo: D. Thomas q. 22. de verit. a. 6. in corp. ait: *Ex hoc aliquid dicitur necessarium, quod est immutabiliter determinatum ad unum: & q. 6. de malo art. unico docet non esse liberum, quod voluntas vitare non potest: At ratione praedeterminantis voluntas immutabiliter determinatur ad unum, actuque redditur ab ipsa inevitabilis: Ergo per illum voluntas necessitatur.*

**152** Confirmatur tertio: Idem S. Doctor ibidem ita necessitate a voluntate excludit, ut velit voluntatem, est a Deo motam, adhuc manere indifferenter, & indeterminationem ad agendum vel non agendum, ait enim: *Cum Deus omnia movent secundum conditionem mobilitatis, ut levitas sursum & gravitas sursum, etiam voluntatem movent secundum ejus conditionem, non ut ex necessitate, sed ut determinate se habeant ad multa.* Consequenter ergo rejicit eam sententiam, quae docet voluntatem per motionem divinam determinari ad unum partem.

**153** Ad objectionem respondeo, movens ex necessitate causare motum, quando ita sibi subijcit mobile, ut in eo non relinquat potentiam ad oppositum, fecus vero si relinquat in mobili possibilitatem ad oppositum, eamque fovet & conservat; motio autem praedeterminans, juxta Thomistas, sic movet voluntatem ad unum, quod relinquit possibilitatem ad oppositum, & ita licet in infinitum excedat capacitem voluntatis, & illam quantum ad applicationem & usum efficaciter sibi subijciat, eam tamen ex necessitate non movet, sed per modum liberi, ut docet D. Thomas locis supra citatis, praesertim 1. p. qu. 83. art. 2. ad 3.

Addo quod, licet motus divina ex parte causae in infinitum excedat capacitem voluntatis, quia est influxus a prima causa, & quaedam divina omnipotentis participatio, ex parte tamen actus & objecti ad quod terminatur, non movet & applicat ad universale bonum, quod illud non movet & applicat ad universale bonum, quod est adequatum illius objectum, sed solum ad quaedam bona particularia, quae sunt ejus objecta inadequata & partialia: unde licet entitative non subiliter libero arbitrio determinative tamen ei subijciat: nam actus, & objectum ad quod terminatur, voluntati omnino substantur: quia, ut dixi, voluntas, prout subest divinae motioni, retinet potentiam ad non eliciendum, vel suspendendum actum, ad quem movetur, & ad non eligendum seu respuendum objectum quod prossequitur.

**154** Ad primam confirmationem respondeo, optime dicere S. Thomam, quod qualitates, quae subiacent iudicio rationis & voluntati, non auferunt libertatem: inde tamen non licet inferre, qualitates omnes quae antecedunt voluntatem, & iudicio rationis non subiacent, tollere libertatem; maxime si proveniant in propria causa & radice libertatis, & ad hoc dentur, ut voluntas se libere determinet, suamque libertatem exerceat, & de actu primo ad secundum reducat; ut variis exemplis declaravimus in tractatu de voluntate Dei Disp. 9. art. 7. exponendo concordiam libertatis cum decreto praedeterminante. Unde cum motus praedeterminans sit quidam effluxus a primo libero, & a prima totius libertatis & contingentiae radice (infinita scilicet divina voluntatis efficacia) procedente;

dat, ac liberam nostrae voluntatis determinationem, per modum causae seu principii actualis, prioritate naturae antecedit; licet iudicij rationis & voluntatis non subiacet, eas tamen libertatem non tollit, aut laedit, sed fovet, conservat, & perficit: immo reputat, ea subalta, dari usum & exercitium actuale libertatis, ut ibidem demonstravimus. Unde

Ad secundam confirmationem dicitur, D. Thomam solum velle, illud esse necessarium, quod est immutabiliter determinatum ad unum per modum naturae; id est: in indifferentia objectiva iudicii, & possibilitate ad oppositum; quo pacto voluntas hic in via determinatur ad bonum in communi, & in patria ad bonitatem divinam clare visam; non vero si illud determinetur immutabiliter ad unum per modum liberi, seu cum indifferentia objectiva iudicii, & possibilitate ad oppositum, sicut voluntas ad suos actus liberos per divinam motionem immutabiliter determinatur. Quare idem S. Doctor qu. 6. de malo art. unico ad 3. sic ait: *Animalia bruta moventur per instinctum superioris agentis ad aliquid determinatum, secundum modum formae particularis, cujus conceptionem sequitur appetitus sensuivus: sed Deus movet quidem immutabiliter voluntatem, propter efficientiam virtutis movens, quae desicere non potest; sed propter naturam voluntatis mere, quae indifferens se habet ad diversa, non induitur necessitas, sed manet libera.* Unde quando ibidem in corpore articuli docet non esse liberum quod voluntas vitare non potest, hoc intelligendum est de eo, quod voluntas vitare non potest, nec in sensu composito, nec in sensu diviso; non autem negat esse liberum, quod est voluntas non possit vitare in sensu composito, & potentia consequenti: potest tamen vitare in sensu diviso, & potentia antecedenti. Nam ut ipse ait in 1. ad Anibaldu supra citato: *Quaeritur contrarium ejus quod est volitum a Deo, non potest fieri cum voluntate divina, possibilis tamen ad contrarium potest fieri cum ea, propter contingentiam causae mediae: & hoc sufficit ad hoc ut effectus sit contingens. & non necessarius.* Quam doctrinam & subtilem distinctionem non valet comprehendere Adversarij, illam irridet & fugillat pag. 263. ironice exclamans: *Verum quis autem hanc distinctionem capiat? Nam quid proter aliud est volitum, quam omnibus praeparatis posse non operari, quam cum posse ponere operationem operari? Quis inter ista vel minimum distinctionem adversat? Sed, ut perbelle ait Sylvius in opusculo de primo motore, qui hanc distinctionem deridet, deberent potius ignorantium suam desicere: nam ut testatur D. Thom. qu. 6. de ver. art. 4. ad 8. haec distinctio ita celeberris est & antiqua; ut ea utantur omnes antiqui Theologi ad conciliandum libertatem cum divina providentia & praedestinatione: dicitur communiter (inquit) quod haec: Deus potest non praedestinatum praedestinare, in sensu composito est falsum in diviso vera: & ideo omnes locutiones illas, quae sensum contrarium implicent suae falsa simpliciter. Idem Venerabilis Beda in axiomatibus philosphicis ex Aristotele collectis, litera O, sic habet: *Omnia futura de necessitate eventus 1. Perioerim. Verum est in sensu composito, non autem in sensu diviso: vel verum est ex hypothesis, non autem simpliciter.* Sicut ergo ad libertatem non requiritur, quod dum aliquis actu operatur, possit non operari in sensu composito, seu componere & conjugere carentiam operationis cum ipsa operatione (hoc enim manifestam implicat contradictionem) sed sufficit quod toto tempore quo operatur, retineat absolutam non agendi potentiam. Ita similiter nos dicimus, ad libertatem non requiritur, quod voluntas cum praeparatis ad agendum, prioritate tantum causalitatis & naturae (qualia sunt concursus praevius, & gratis praedeterminans) possit negationem actionis componere, quia cum ea quae secundum ordinem naturae tantum praeparantur ad agendum, sint simul cum actu (prioritas enim naturae est solum prioritas causalitatis & instantis in quo) si possit negationem actionis cum illis componere, possit non actum cum actu, & formam cum ejus carentia conjugere. Sufficit ergo ad libertatem, quod cum illis praeparatis stet simul potentia ad non operandum, seu quod voluntas, ut fiat sub motione praedeterminante, retineat absolutam dissentienti vel non operandi potentiam; quamvis cum ea actualis carentia operationis simul esse non possit; ut fufe ostendimus in tractatu de voluntate Dei Disp. 9. art. 6.*

Ad tertiam confirmationem, respondeo D. Thom. loco citato solum velle, quod cum Deus moveat voluntatem secundum ejus conditionem & naturam, ita illam movet, ut tamen ex necessitate non moveatur, sed maneat indifferens, non indifferentia potenciali & suspensiva (reputat enim voluntatem efficienter moveri ad agendum, & tamen remanere in mera potentia, indeterminatione, ac suspensione) sed indifferentia actuali & positiva: quia ita illam movet, ut sub divina motione semper retineat dissentienti vel non operandi potentiam, seu tendendi in alia objecta & bona particularia; & ideo dicit, quod *Deus illam movet ut indeterminate se habentem ad multa:* non dicit, ad omnia,

omnia, sed ad multa, quia per divinam motionem determinatur ad unum, vel ad plura, & indeterminate se habet ad alia.

157 Obicit noster Adversarius sect. 9. & 10. plura S. Thom. testimonia, quibus asserit, non posse resistere divinae gratiae, eamque repudiare. Nam quodlib. 1. art. 7. ad 2. ait: Sic Deus movet mentem humanam ad bonum, quod tamen potest huic motioni resistere. At si motio divina prae-determinat physice voluntatem nostram ad opus bonum, non potest voluntas illi resistere; repugnat enim talem motionem carere effectu, seu quod voluntas illi resistat: Ergo juxta D. Thom. motio divina non praedeterminat physice voluntatem nostram ad bonum.

158 Confirmatur: Idem S. Doctor 1. p. qu. 62. art. 3. ad 2. dicit quod inclinatio gratiae non imponit necessitatem, sed habens gratiam potest ea non uti & peccare. Et qu. 63. art. 7. ad 3. Quamvis inquit (inquit) inclinatio ad bonum fuerit in supremo Angelo, tamen ei necessitatem non inducebat: unde potuit per liberum arbitrium eam non sequi. Item 1. 2. qu. 106. art. 2. ad 2. asserit quod gratia novi testamenti, etsi adjuvet hominem ad non peccandum, non tamen ita confirmat in bono, ut homo peccare non possit; hoc enim pertinet ad statum peccatoris: quod ideo si quis post acceptam gratiam novi testamenti peccaverit, majori poena dignus est, tanquam majoribus beneficiis ingratus, & auxilio sibi dato non utens. Hae autem cum sententia praedeterminationis physicae minime cohaerere videntur: Tum quia gratia physice praedeterminans videtur imponere necessitatem ad bonum, sub- indeque reddere voluntatem impeccabilem: Tum etiam, quia voluntas non potest illa uti, cum illa non subdatur libero arbitrio, quantum ad efficaciam & usum, sed potius illud sibi subiacet & applicat ad operandum: Ergo haec sententia a mente & doctrina S. Thom. penitus aliena videtur.

159 Confirmatur amplius: Idem Doctor Angelicus 1. 2. q. 68. art. 1. agens de donis Spiritus Sancti, docet hominem per illa recte disponi, ut efficiatur prompte mobilis ab inspiratione divina, seu ut bene sequatur instinctum Spiritus Sancti: Si autem quando homo movetur efficiatur ad aliquid actum, illa motio adeo potens est, ut ex se omnem quantumlibet intensam passivam resistantiam superet, ut quid opus est dona quantum & supernaturalia subsidia, quibus disponatur ad facilius sequendam inspirationem divinam, ipsi infundi? Quasi vero agentia creata egeant aliqua preparatione ad ea faciendam, quae non possunt non agere, etiam si nulla talis preparatio adfit? Sane rursi digne illi foret, qui supponens hominem, postquam sola visione dei non posse Deum non diligere, exigeret nihilominus praevidiam quandam preparationem, quae homo Deum videns, facilius se ineret moveri ad ejusmodi amorem. Neque minus ridendus esset S. Doctor, si existimans hominem, sola gratia efficaci posita in illius voluntate non posse non consentire illius promotioni, adhuc exigeret magnum illum apparatus donorum Spiritus Sancti, tanquam praevidiam dispositionem necessariam ad consentium cum majori facilitate edendum. Ita Petrus a S. Joseph discip. 1. sect. 9.

160 Verum haec nullius ergo ponderis, & facile dilui possunt. Ad argumentum a quo respondeo, hominem cuiuscumque motionis divinae potest resistere sine dissentire; cum hoc tamen discernimus, quod moti non sunt excitati, & praedantur auxilium tantum sufficiens, homo potest resistere tam in sensu composito, etiam diviso, & non solum potentia antecedenti, sed etiam consequenti; immo de facto sepe voluntas huic motioni resistit, eamque obicit ac repudiat, seu privat effectu ad quem ultimo ordinatur: motioni vero physice praevenerit, & praedantur efficaciam auxilium, voluntas nunquam de facto resistit, nec potest illi resistere in sensu composito, & potentia consequenti, sed solum potentia antecedenti, & in sensu diviso. Quare S. Thomas in hac q. 10. art. 4. ad 5. Si Deus (inquit) movet voluntatem ad aliquid, impossibile est ponere quod voluntas ad illud non movetur, non tamen est impossibile simpliciter. Et qu. 112. art. 3. in corp. Si ex intentione Dei movetur est, quod homo, cuius cor movet, gratiam consequatur, insalubriter eam consequatur. Item quodlib. 12. art. 3. docet quod praedestinatio habet certitudinem ex parte scientiae Dei, quae non potest falli, & ex parte voluntatis divinae, cui non potest aliquid resistere. Unde potest fieri hoc argumentum in favorem nostrae sententiae. Non solum S. Thomas, sed etiam Scriptura, Concilia, & SS. Patres, interdum asserunt nos divinam voluntatem, vel Spiritui Sancto, & motui eius posse resistere, & interdum ipsi de facto resisti; ut patet Act. 6. Vos semper Spiritui Sancto resistitis: Et in Concilio Senonensi dicitur, non tale esse Dei auxilium, cui resisti non possit: Item Innocentius X. in nova constitutione hanc propositionem tanquam haereticam proferit: interiori gratia in statu naturae lapsa nunquam resistitur. Aliunde vero eadem Scriptura saepe asserit neminem resistere voluntati Dei, ut Genes. 50. Esther 13. ad Roman. 9. & D. Augustinus frequenter docet gratiam a nullo daro corde repulsi, eamque invictissime, in-

superabiliter, & indelincibiliter movere voluntatem: Ita D. Thomas ait, quod si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est ponere quod voluntas ad illud movetur. Ut ergo haec testimonia inter se conciliantur, duplex motio admittenda est, una moraliter tantum excitans, vel praebens auxilium tantum sufficiens, cui voluntas potest resistere, & de facto resistit; altera physice praevenerit, & praebens auxilium efficaciam, cui nunquam resistitur: vel recurrendum est ad distinctionem seu compositum & divinum, seu potentia antecedentem & consequentem; & dicendum voluntatem posse resistere divinae motioni; potentia antecedenti, & in sensu diviso, non tamen potentia consequenti, & in sensu composito.

Ad do quod, si argumentum desumptum ex possibilitate resistendi gratiae, esset efficaciam, non tantum militaret contra gratiam praedeterminantem, sed etiam contra gratiam congruam: Suarez enim lib. 5. de auxil. cap. 39. docet gratia congrua, ut tali, nunquam resisti, quia sub hac formaliter est efficaciam, & insalubriter infert consensum.

Ad primam confirmationem respondeo D. Thom. locis 164 citatis expresse loqui de gratia sanctificante, quae cum habeat rationem habitus & formae permanentis, libero arbitrio subditur, quantum ad usum; habitibus enim utitur quando volamus: quare illa in statu viae non ita confirmat hominem in bono, ut peccare non possit; sed hoc pertinet ad statum patriae, in quo erit consummata per clarum Dei visum, & amorem beatificum. Ceterum gratia actualis, cum detur per modum motionis & impulsus, nec habeat rationem habitus, sed auxilium transfugans, non subditur libero arbitrio quantum ad efficaciam & usum, sed potius illud sibi potenter, & suavior subjicit, movendo & applicando ipsum conformiter ad ejus naturam & conditionem, nimium sub indifferencia objectiva iudicii, & relinquendo potentiam ad oppositum, unde licet illa efficiatur & insalubriter determinet voluntatem ad bonum, non tamen iniecit ipsi violentiam, nec abolet, sed adhibet liberum arbitrium, ut ait Prop. sent. 51. in resp. ad c. Gallorum: Attingit enim a suo usque ad finem fortiter, & dissipat omnia suavior, ut dicitur Sap. 8. Et ideo recte dicit S. Thom. hic quodlib. 2. art. 4. Deum ita movere voluntatem nostram, ut non ex necessitate illam ad unum determinet. Quibus verbis tantum abest quod sententiam nostram probet, ut existimant Adversarii, quia potius aperte illi favet: nam sicut ille qui diceret: Petrus non currit velocius, non negaret illum currere, sed solum currere tali modo, id est prope & cum velocitate; ita similiter S. Doctor asserens Deum non determinare ex necessitate voluntatem ad unum, non negat praedeterminationem voluntatis ad unum, sed potius illam statuit & firmat, solumque necessitatem absolutam libertati contrariam ab illa excludit, & per eam inducit negat. Unde ut supra §. 2. vidimus, Damascenus asserentem Deum ea quae sunt a nobis praenoscere, non tamen praedeterminare, ita exponendum esse se dicit, ut intelligatur, ea quae sunt in nobis, divinae determinationi non esse subjecta, quasi ab ea necessitate accipiantur.

Ad secundam confirmationem dicendum, quod licet 165 motio praedeterminans sit efficacissima, & adeo potens ut omnem voluntatis resistantiam sine ulla plane difficultate superet, nihilominus recte docet D. Thom. penultima esse in homine dona Spiritus Sancti, quibus disponatur ad prompte & facilius sequendam motionem divinam, ut dicitur idem S. Doctor a. 2. quodlib. 23. art. 2. his verbis: Oportet quod sic voluntas moveatur a Spiritu Sancto quod etiam ipsa sit efficiens ad unum suum. Nullus autem actus perfectus producitur ab aliqua potentia activa, nisi sit in con- naturalis per aliquam formam, qua sit principium actionis: unde Deus, qui omnia movet ad debitos fines, singulis rebus inducit formas, per quas inclinatur ad fines sibi pre- stitutos a Deo; & secundum hoc disponit omnia suavior, ut dicitur Sap. 8. Nisi ergo aliqua forma superadderetur naturali potentiae, per quam inclinaretur ad dilectionem actum, esset actus iste imperfectior actibus naturalibus, & actibus aliorum virtutum, nec esset facilis & delectabilis. . . Unde necesse est quod ad unum caritatis in nobis existat aliqua habitualis forma superaddita potentia naturali, inclinans ipsam ad caritatis actum, & faciens eam prompte & delectabiliter operari. Quod D. Thom. dixit de habitu caritatis, idem cum proportione dicendum est de donis Spiritus Sancti, qui sunt quidam habitus infusi, quibus homo perticitur ad prompte obediendum Spiritui Sancto, ut ait idem S. Doct. infra quodlib. 6. art. 3. Licet enim Spiritus Sanctus possit sine ulla plane difficultate & resistantia movere mentem hominis ad quodcumque voluerit, habet enim, inquit Augustinus, cordium inclinandum omnipotentiam potestatem, magisque in potestate voluntates hominum, quam ipsi homines, nihilominus quia mens hominis non est solum mota a Spiritu Sancto, sed etiam ipsam movet, actus supernaturalis eliciendo, ut suavior & connaturaliter moveatur, debeat donis Spiritus Sancti perfici. Unde S. Thom. loc. proximo citi ubi hoc argu-

umentum obicit: Dona Spiritus Sancti perficiunt hominem, secundum quod agitur a Spiritu Dei. Sed in quantum homo agitur a Spiritu Dei, se habet quodammodo ut instrumentum respectu ejus; non autem convenit ut instrumentum perfectius per habitum, sed principale agens: Ergo dona Spiritus Sancti non sunt habitus. Cui argumento fit respondet: Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit de instrumentum cuius non est agere, sed solum agi: tale autem instrumentum non est homo, sed sic agitur a Spiritu Sancto, quod etiam agi, in quantum est liberi arbitrii, unde indiget habitu.

163 Potestque haec responsio & doctrina confirmari ex eo quod in Christo, & in Beatis sint dona Spiritus Sancti, ut de Christo docet S. Thom. 3. p. q. 7. art. 5. & de Beatis 1. 2. q. 68. art. 6. & tamen certum est quod Christus, & Beati nec resistunt, nec resistere possunt Spiritui Sancto, seu non consentire ejus motioni, alioquin peccare possent: Ergo ex eo quod voluntas nostra non potest resistere in sensu composito, seu potentia consequenti, gratia praedeterminanti, non recte infert Adversarius, nulliter potest in anima magnum illum apparatus donorum Spiritus Sancti. Quod potest etiam exemplo quo ipse vitone declarat. Nam certum est ex clara Dei visione necessario dimanare amorem beatificum, & Beatos tam quoad specificationem, quam quoad exercitium, & diligendum Deum necessitari; & tamen hoc non obstante ponitur habitus caritatis in ipsorum voluntate, ut faciat illam connaturaliter & delectabiliter operari: Ergo a fortiori in nobis viatoribus ponendi sunt habitus infusi, & dona Spiritus Sancti, ut promp- te, delectabiliter, & connaturaliter operemur; quamvis illius motio ita sit potens & efficaciam, ut omnem voluntatis nostrae resistantiam superet, & effectum quem intendit, insalubriter inferat.

Alia Adversarii argumenta futilia sunt, nec indigent solutione: supponant enim & non probant, gratiam praedeterminantem necessitare voluntatem, illaque semel potest in voluntate, ipsam non agere, aut illi dissentire, vel actum oppositum ponere, ut ea non uti: quae omnia, ut patet ex jam dictis, a mente, & doctrina Thomistarum penitus aliena sunt, immo ab ipsis damnantur tanquam haeretica. Unde ille Auctor inutiliter laboravit, & oleum ac operam ludit, dum ex illis falsis principis, aut ex perversa ac erronea, quam fibi finxit, vel ex Neoticorum fontibus hausit, sensus compositi & divisi intelligentia, tot argumenta multiplicavit.

Mitto etiam argumenta quae procedunt ex lesione sanctitatis divinae, vel libertatis creatae, quia ea plenissime & clarissime soluta sunt in tractatu de voluntate Dei, disp. 8. & 9. explicando concordiam sanctitatis divinae & libertatis humanae cum decreto praedeterminante, & physica praedeterminatione. Quare solum hic restat diluendum quod obicit Adversarius sect. 12. nempe antiquiores & praesentiores Divae Thomae discipulos, ut Capreolum, Ferrariensem, Cajetanum, & Sotum, physice praedeterminationem excludere; & ac breviter demonstrandum quatuor illos Doctores, qui Thomistarum principes merito possunt appellari, apertissime nostrae favere sententiae. Unde sit

§. XVI.

Offenditur antiquiores Thomistas docuisse praedeterminationem physicam.

164 Vix potest revocari in dubium, an Capreolus, & Ferrariensis, antiquissimi D. Thom. Discipuli, admiserit praedeterminationem physicam. Id enim in primis de Ferrariensi fatetur Suarez lib. 3. de auxil. cap. 29. n. 4. & manifestum est ex verbis sequentiis quae ibidem habet: Circa hanc propositionem: Superior agens dat inferiori agens virtutem per quam agit, vel conservat eam, vel applicat ad agendum, advertendum ex doctrina D. Thom. de potentia quasi. 3. art. 7. quod duplex vis ad agendum requiritur: scilicet vis movens, una est forma habens esse virtutis & naturae virtute; alia est vis, quae est intentio solum virtutis divinae, habens esse incompletum per modum quo colores sunt in aere & virtus artis in instrumento: & ista vis non convenit rebus, nisi quando actualiter operantur & agunt, tanquam divina virtutis instrumenta: sicut & virtus artis non remanet in instrumento, nisi quando ipse operatur a seipso ad operationem artis. Deus ergo dat rebus naturalibus utramque virtutem, sed secundum tantum illis communicat, dum eas ad operationem applicat: ideo dicit S. Thom. quod superior agens dat inferiori agens virtutem per quam agit, & conservat eam, quod pertinet ad primam virtutem, vel applicat ad agendum, quod per secundam efficitur. Quo nihil clarius & expressius in favore nostrae sententiae dici potest: nomine enim physice praedeterminationis nihil aliud intelligimus, quam virtutem quandam fluentem & transluentem, ac se habentem

Theod. Gonet, Tom. III

per modum motionis & impulsus, quam Deus tribuit causis secundis prius natura quam operentur, & qua mediante eas ad determinatos actus eliciendo applicat subindeque physice praemovet ac praedeterminat.

Hanc etiam vim applicentem causas secundas ad agendum agnovit Capreolus in 2. dist. 1. q. 2. ubi eandem doctrinam trahit, & artic. 7. supra citatum ex D. Thom. q. 3. de potentia fere de verbo ad verbum transcribit. Similiter dist. 38. ad 12. ait: Voluntas non causatur, nisi applicata, & quasi instrumentaliter mota a Deo. Unde Conimbricenses loco supra §. 5. relato, aperte sententia, D. Thomam, Capreolum, & Ferrariensem, pro nostra stare sententia, dicunt enim: Circa modum quo Deus cum causis secundis ad earum operationes & effectus concurrat, se offert celebris opinio D. Thomae, Capreoli, Ferrariensis, &c. Item Conradus antiquus Thomista 1. 2. super q. 109. art. 9. motionem divinam ponit conservativam & applicativam ad operandum: & super q. 112. art. 3. veris. Nota secundo, eandem doctrinam explicat. Unde solum potest esse dubitatio de mente Cajetani, & Dominici Soto, clarissimo Thomistarum. Cajetanus enim 1. p. q. 19. art. 8. ait: Cum dicitur causam secundam moveri a prima hoc intelligendum est, non de motione praevidiam, sed de motione intrinsece cooperante propriae actioni. Et addit sensum esse quoniam, si quis potest esse aliquam durationem naturae, in causa primo instanti causa prima respicit effectum, & in secunda secunda. Soto vero lib. 1. de natura & gratia cap. 15. docere videtur assensum liberi arbitrii esse causam cur gratia in uno sit efficaciam, non vero in altero: subindeque eam non praedeterminare liberum arbitrium, sed ipsius potius contentum & determinationem expectare.

Nihilominus isti etiam Auctores satis clare docent non 165 stram sententiam. Nam Cajetanus 1. p. q. 45. art. 5. 9. ad Durandum, refert & approbat doctrinam D. Thom. q. 3. de potentia art. 7. ubi dicitur quod nulla causa potest agere nisi a Deo mota & applicata: quo loco S. Doctor, ut confessus est ipse Suarez lib. 1. de concursu Dei cap. 11. docuit praedeterminationem physicam. Item 1. p. q. 115. art. 6. 5. Ad evidentiam, dicit quod nunquam agentia inferiora coeque calo, nisi participant simul a calo. Et rationem statim asserit: Quoniam (inquit) non movent, nisi mota. Et propter eandem rationem statim subdit: Prius naturaliter est, corpora inferiora pati & moveri a superioribus, quam coeque illis. Cum ergo passim doceat, nullam causam secundam posse agere, nisi motam a Deo; & insuper 1. 2. q. 80. art. 1. dicat quod quantumvis Deus sine se posse causare illum actum qui est mens, non potest tamen esse causa quare illum actum eliciat, nisi me movens ad illum eliciendum: manifestum est, juxta hujus Auctoris principia, causas secundas prius natura quam Deo cooperentur, ab illo pati, seu influxum alicuius praevidiam ab ipso recipere, quod est eas physice praemoveri. Denique doctrinam hanc Cardinalis loco supra §. 9. relato, & 2. q. 172. art. 2. §. ad 2. luculenter declarat, motionem divinam gratiae esse ab intrinseco efficaciam: & insalubriter movere cor hominis, quo vult, & quando vult, juxta illud Proverb. 21. Cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, veretur illud. Gratia autem ab intrinseco efficaciam, praedeterminat liberum arbitrium, non vero ejus determinationem expectat, ut supra offendimus: Ergo juxta doctrinam Cajetani admittenda est physica praedeterminatio, non solum in ordine naturae, sed etiam in ordine gratiae.

Nec obstat locus adductus in contrarium: ibi enim non 166 intendit negare praevidiam influxum causae prima in secundam, quantum ad hoc quod prima applicet, & conjungat virtutem causae secundae effectui, sed negat solum illum influxum, quo Deus praebet totam virtutem causae secundae: ita quod illa operetur praecise ut mota, & tanquam instrumentum proprie dictum, sicut baculus operatur ut motus a manu: hoc enim esset auferre a causis secundis propriae virtutes operativas, quibus cooperantur causae prima, & ratione quarum ipsis causis prima cooperatur. Sic autem intelligendum esse Cajetanum, constat ex ipsis verbis; subdit enim ibidem §. etiam quidam: Non enim causa secunda movet, ob hoc praecise quia movetur, sed etiam ex virtute propria. Quibus verbis, & aliis quae ibidem subjiit, & quae breviter causa praeternitio, aperte declarat se non negare omnem motionem praevidiam causae prima, sed eam dumtaxat, quae praebet totam virtutem agendi, & cooperationem causae secundae excludat, sive quae sit prior operatione causae secundae, non solum prioritate causalitatis & instantis a quo, sed etiam prioritate durationis & instantis in quo. Sed quid haec ad praedeterminationem physicam quam docent Thomistae? Quae illorum dixit aut somniavit, eam esse totam rationem agendi, & concursum seu cooperationem causae secundae excludere, vel ejus actionem & effectum, nedum prioritate causalitatis & instantis a quo, sed etiam prioritate durationis & instantis in quo procedere.

Quod vero subdit Cajetanus, nullam esse durationem naturae, in qua prius causa prima respiciat effectum causae secundae, & postea secundae, verissimum est, quia effectus producendus simul respicitur & attingitur a prima & secunda causa:

